



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 6. De electionibus, & reservationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A.C. 1436

ut re ipsa sunt, Pontificum consiliarios, et
collaterales in auxilium administranda
ac regendæ Ecclesiæ vocatos.

§. VI.

De Electionibus, & reservationibus.

Labb. Conc.
to. 12. p. 566.

Ultimo tandem Synodus præscribit i-
tum electionum, ac præcipit, ut om-
nino liberæ sint juxta anteriorem lec-
tionis decimæ dispositionem; omnes quo-
que gratias expectativas, mandata, alias
que consimiles beneficiorum reservatio-
nes, quas Pontifices Romani antea in
sui compendium facere confueverant, pe-
nitus abrogat, ac irritas declarat. Et
ejusmodi enim beneficiorum reservatio-
nibus nonnunquam funestæ Ecclesiis in-
fligebantur calamitates; nam vota ce-
ptandæ mortis nascebantur; quoniam he-
li ipsi, in quorum gratiam ejusmodi re-
servationes siebant, tædio affecti, quod
possessor beneficiorum diutius, quam
expectassent, vitam protraheret, plerum-
que de illo tollendo cogitabant, aut sal-
tem ejus mortem secreto exoptabant.
Quibus id insuper accedebat incommodi,
quod raro aliquod vacare posset bene-
ficium, nam Pontifices ante possessoris mor-
tem de successore providebant (*).

Epi.

(*) Hasce nærias Continuator noſter denu-

Equidem, inquit Abbas Fleurius, Con-Sæcul. XV.
 cilio Lateranensi III. anno millesimo cente- A.C. 1436.
 simo septuagesimo nono, beneficiorum non ^{Institut.} Ju-
 vacantium provisiones inhibitentur, quum sint ris Ecclesiast.
 veluti dispositiones de hæreditate viventium, part. 2. cap.
 & alienæ mortis captationes. Sed, profe- 15. §. 4.
 quitur, Curia Romana, Papam supra Ca-
 nones esse præcepit, & beneficia nondum
 vacantia conferendi duo modi sunt exco-
 gitati exspectativus, scilicet, & reservati-
 vus. Utrumque autem Basileense Con-
 cilium in hoc loco damnat.

Exspectativa, inquit idem Auctor, est
 certa spes præbendæ, v. gr. in certa Eccle-
 sia Cathedrali, quandocunque vacaverit, ob-
 tinendæ a Papa Clerico facta. Quod qui-
 bus gradibus invaluerit, ostendit Thomassi-
 nus. Principio Papa Clericos, Roma ve-
 nientes, vel meritis graves solum commenda-
 vit Prælatis: quibus quum gratificarentur
 Prælati semel atque iterum, quadam reli-
 gione insita; commendationes frequentaban-
 tur, & nonnunquam susquedque habebantur. Idem ibid.
 Unde

ex suo Edmundo Richerio descripsit, mirum tan-
 men tantæ eruditionis virum ignorare potuis-
 se, summos Pontifices tot ac rigidis admodum
 legibus, ejusmodi vato cruento providisse, &
 quis demum legislator peccandi licentiae, etiam ex
 bonis occasionem mutuanti plene obviare pa-
 terit?

Sæcul. XV. Unde preces abierunt in mandata; monito
A. C. 1436. riis enim (sic primas literas adpellabant)
jungebantur præceptoriae, quas excipiebant
executoriales, quibus delegato judici impo-
tum, ut collatorem ordinarium vi adigent
ad conferendam homini Roma misso præ-
dam a Papa concessam, aut illo tergiversanti
ipse conserret: quæ coadju sœpe in excom-
municationem desit. Hic usus a sæcu-
lo XII invaluit.

Reservatio proprie loquendo est declara-
tio Pontificis, qua profitetur, se huic vel illi
Ecclesiæ provisurum, si quando vacauerit,
similque capitulo electionem, vel collatori
collationem interdicit. A reformationibus
specialibus facilis transitus fuit ad generales, ut
Joannes XXII ineunte sæculo XIV pri-
mam Cancellariæ sœce regulam scriberet on-
nium per Christianum Orbem Cathedralium
reservationem.

Obicem his posuere Concilia Pisanum,
Constantiense, & Basileense, ubi permis-
sunt taxat exspectantiis, reservationes genera-
les, ac speciales prohibitæ fuere. Hoc ja-
migravit in Pragmaticam, & inde in con-
cordatum, quibus nomine reservationum on-
nes collationes anticipatae intelliguntur: do-
nec Concilium Tridentinum omnes una ex
Ecclesia prosciberet. . . . Consilium Ba-
sileense exceperat reservationes In CORPO-
RE JURIS expressas, quas usus restrinxit
AD VACANTIAM IN CURIA, quod
jam

jam Innocentii III temporibus observatum' le- Sæcul. XV.
gimus. Papa igitur beneficia, quorum ti- A. C. 1436.
tulares vel in Curia, vel duorum dierum iti-
nere a Curia decedunt, solus confert. Huc-
usque Fleurius.

§. VII.

Sessio vigesima quarta Basileensis Sy-
nodi.

Sessione XXIV habita die Sabbati deci- *Labbe Cone.*
mo octavo Calendas Maji, id est, de- *to. 12. p. 567.*
cima quarta Aprilis, confirmatæ sunt pro-
missiones, quæ ab Oratoribus Synodi Im-
peratori Græcorum, & Patriarchæ Con-
stantinopolitano factæ fuerunt, eadem-
que occasione approbata sunt capitu-
la Synodales inter, & Græcorum de-
legatos conclusa. Quibus peractis pro-
mulgabantur securitatis literæ a Syno-
do Græcis ad Concilium generale acce-
furis concessæ. Tandem etiam publica-
ta est indulgentia, seu remissio omnium
poenarum semel in vita, & in mortis arti-
culo iis indulta, qui ad promovendum
sanctissimum opus unionis inter utram-
que Ecclesiam subsidio aliquo concurre-
rent. Ex Actis Augustini Patricii disci- *Act. Patric.*
mus, huic Sessioni decem duntaxat Epis- *Conc. gener.*
copos, & Abbates tredecim interfuisse, *tom. 13. p.*
atque huic indulgentiarum decreto acri- *1541.*
ter restitisse Eugenii Papæ Legatos San-